



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Oeconomus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

penſare, cum clerico illegitimo ad quatuor minores ordines, & ad beneficia ſimplicia? Reſponderetur poſſe, c. 1. *de ſil. preſbyter. lib. 6.* Et ibi gloſſ. in ver. *beneficium. Navar. cap. 25. nu. 69. Et cap. 27. num. 201.* ubi dicit, quod ſolum ad unum ſimplex beneficium poteſt Epiſcopus diſpenſare; Soto 4. *Sent. diſt. 25. quaſt. 1. art. 3. col. 2.* ſed poteſt habere penſionem a bique diſpenſatione Epiſcopi, & Papæ, Gom. 9. 21. *de ann. poſſeſſ.* ſed non in titulum, hæc in beneficiis, quæ patres eorum obtinent, vel aliàs obtinuerunt, nec beneficium in Eccleſiis, ubi eorum patres habent, vel habuerunt, nec etiam diſſimile, nec in illis Eccleſiis miniſtrare, Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 19. *de reſor. ad ordines ſaceros ſolum Papa diſpenſat, Doct. loc. cit. ſimiliter ad Commendam, Gom. 9. 5. de mien. poſſeſſ. col. 13. in princ. ſacerdotii probatio non ſufficit, niſi etiam de aliis ordinibus doceatur, Boer decif. 171. nu. 14.* ſed vide in ver. *Bulle, Et in ver. diſmiſſoria.*

Ad quintum reſponderetur quod non, nec de jure communi, nec per ſac. Conc. Trident. *Navar. conſi. 4. de temp. ordin.* ſed ego dicerem quod peccat ſaltem, *Nav. conſi. 6. eod. tit.* nec urget *Bulle Sixti V.* quia fuit revocata, ſed poteſt poni alia pœna, vel ſuſpenſio ab Epiſcopo.

Ad ſextum reſponderetur quod ſic, licet peccet, *Navar. conſi. 6. de corp. vitiat.*

Ad ſeptimum reſponderetur quod non, & iſta eſt magis communis. Sor. 4. *Sent. d. 24. quaſt. 1. art. 2. Navar. conſi. 3. de ſacr. non ſer.*

OECONOMUS.

PRIMO, quando provideri debet in Parochiali vacante, vide in ver. *Parochia. §. 2.* Et quis dicatur œconomus, dicit quod ille, cui res Eccleſiæ gubernanda mandatur, *l. iubemus, C. de ſacroſ. Eccl. Gloſ. in c. araritia, in ver. œconomus, de elect. l. 6.*

Secundo, quando in beneficio juris patronatus, vide in ver. *ius patronatus, §. 5. c. cum vos, de offi. ordin.*

Tertio, ubi, & quando Epiſcopus ponit œconomum, vide in ver. *beneficium, §. 3. conſi. 5.*

Quarto, quando poſſit eum ponere Capitulum, vide *Rebuff. ut. de devolut. nu. 80.*

Quinto, quanto tempore duret œconomia, vide *gl. in c. nemo de election. l. 6. in ver. durante. Navar. cap. 25. num. 126.* ubi habet, quod ſolum per ſex meſes, ſed *Rebuff. loc. cit. num. 77.* dicit, quod etiam ultra poterit durare, ſi de beneficio non fuerit proviſum, ut quia adhuc vacat ſedes Epiſcopalis, vel non ſopitur ſis, vel quid ſimile.

Sexto, an iſte œconomus faciat fructus ſuos, *Gloſ. cit.* dicit quod ſic, ſac. Conc. Trid. *locis cit.* ponit hoc in arbitrium Ordinarii, ſed cum hodie omnes fructus tempore vacationis beneficii ſint Reverendæ camerae Apoſtolice, ut dictum eſt in *verſi. beneficium, §. 7.* tantum fructuum vacantis beneficii tribuitur œconomus, quantum arbitrabitur Reverendiſ. Nuntius Apoſtolicus pro ſervitio ita quod videtur ſatis arctata pote-

potestas Episcoporum tradita à s. c. Canonibus & à sac. Trid. *sess. 24. cap. 18. de refor.* & aliis in locis, & aud. vi, & vidi solum assignari singulos aureos, pro singulis mensibus, & emolumenta currentia interim.

Septimò, œconomi, seu ministri Ecclesiarum non possunt alienare res Ecclesiæ sine consensu Episcopi, ita Conc. Aurelian. tertium, *Can. 18.*

Octavò, quando parochus, sive rector, sive quispiam obligatus ad residentiam adesse causa inimicitiarum, vide *in ver. privatio, §. 4. dub. primo.*

Nondò, quando parochus abesset causa infirmitatis, vide *in ver. residentia, §. 9.*

Decimò, quoties vacet aliquod officium, sive dignitas, potest Episcopus in ea, sicut in prædictis omnibus ponere œconomum, sed dubium est an iste œconomus debeat habere eundem locum in ordine, quem habebat, in cujus locum ille fuit constitutus œconomus? respondetur quod sic, per regulam de *subrogatis*, ita tenet *Addit. ad quest. 90. Cap. Tolos.*

Undecimò, œconomus, seu Vicario dato Ecclesiæ parochiali vacanti, quæ portio fructuum est assignanda? Respondetur, quod non omnes fructus, sed congrua merces, nec Episcopus potest ei omnes fructus assignare, nisi quando essent necessarii, ut putà, quia exigui & tenues. *Navar. cons. 5. de offi. ordin. Conc. Trid. sess. 24. cap. 18. de reform.*

ORGANUM.

SUMMARIUM.

- 1 *An res sit laudabilis.*
- 2 *Quo tempore incepit eius usus in Ecclesia Dei.*
- 3 *Quid in eo cavendum.*
- 4 *Quid significet.*

AD primum, organa in Ecclesia Dei latis sunt ornamento & adjumento, quia David, & Prophetæ sæpè sapius meminerunt de hujusmodi instrumento. Præterea quia prodest, ubi sunt pauci canentes in Choro.

Ad secundum, non est res adedò antiqua in Ecclesia Dei, ita Cajet. 2. 2. 9. 91. *art. 1. ad 4. Navar. de hor. Canon. cap. 16. num. 46.* dicit, quòd tempore D. Thomæ Aquinatis hujusmodi usus nondum fuerat introductus in Ecclesia.

Ad tertium, sac. Concil. Tridentinum *sess. 22. ca. quanta cura, §. ab Ecclesiis*, ita decernit. *Ab Ecclesiis verò musicas eas, ubi sive organo, sive cantu lascivum aut impurum aliquid miscetur, locorum Ordinarii arceant, & Navar. loco citato num. 42. & 43.* dicit, non debere cantari, Credo, & Gloria, in organo diebus festis, sed voce, & quoad Symbolum Nicænum, ita observabat Illustrissimus Carolus Borromeus Archiepiscopus Mediolanensis, & Iosephus Donzellus Archiepiscopus Surrentinus, & hoc non sine ratione, quia ita simplices possunt addiscere articulos fidei, cum frequentius eos audiant decantari, ita Conc. Tolet. 3. *Can. 2.* & Conc. Agthen. *capit. 9.*

Ad